

ter illius contractus, ita ut non sit locus relaxationi: & ita verbum, absolute sumitur ibi proprie. Ad secundum respondet eodem modo Greg. Lopez in eadem lege, verbo Non est tenendum, ut intelligatur cum effectu, nam id iuramentum est relaxandum. Ad tertium, & quartum, constat ex dictis numer. 15.

## SUMMARIUM.

*Dolus, & error in quo consistunt? Et quando censentur antecedentes, seu dans causam contractus? Et quando concomitantes, seu non dans causam illi? num. 38.*

*Uterque error potest esse circa substantiam, aut circa alias qualitates? num. 39.*

*An ut iuramentum sit irritum ratiōe doli, referat aliquis cum esse cum inopia, aut errorem obique illa? num. 40.*

*Referatur quaedam sententia circa iuramentum dolo factum, numero 41.*

*Explicetur sententia Auctoris, quando est circa rei substantiam dolus, aut error, num. 42, 43, 44, 45.*

*Quando dolus, aut error est circa alias qualitates, aut etiam ignorantia negotia? Remissive, num. 46.*

*An iuramentum accedens contractibus de iure invalidis, si dolo sit praescriptum, obliget? num. 47.*

38 **Q**uestio ultima. An iuramentum dolo, vel errore, vel ignorantia praeritum, sit irritum. Praemittendum est dupliciter esse errorem, & similiter ignorantiam, aut dolum. Haec enim inter se differunt, quod dolum implet deceptio in injuriam ex parte petentis iuramentum: quam error non implet. Ignorantia autem latius patet quam error, est enim quaedam pure negativa, quae scilicet meram scientiam privationem importat: alia autem positiva, quae est idem cum errore, quae nimirum importat cognitionem aliquam erroneam. Est igitur duplex error, & sic de ignorantia, & dolo, (ut ait *D. Thom. 2. 2. q. 6. art. 8.* loquens de ignorantia.) Quidam est antecedens actum, qui, scilicet, inducit ad actum faciendum, ac ipsi causam praebet, ut in ipso non existentē actus nequam fieret: atque ita efficit, ut actus sit involuntarius: cum nihil voluit, quin praecogitum. Alter vero est concomitans actum, qui, scilicet, non inducit ad volendum actum, sed ita comitatur actum, ut eo non existentē actus fieret. Et ideo (ut ait *D. Thom. ibid. alleg. philosopho. 3.*) hic error non efficit involuntarium: quod non sit causa alicuius repugnantis voluntati, imo amplectendi ab ipsa voluntate, eo errore deficiente: quare per accidens debet ad actum: at efficit non voluntarium, eo quod actu voluit esse nequeat, quod ignoratum est. Priorem errorem quando cum alicujus dolo contingit, appellant jurisperiti. Et eleganter *ff. de dolo*, dolum dantes causam contractui, quod, si is non adfuit, contractus non inicitur. Posteriori autem vocant incidentem in contractum: quia eo non existentē contractus adhuc iniretur, atque adeo non est causa contractus. Priorem etiam solent vocare, & ex proposito contingentem; posteriorem autem, sola re ipsa contingentem.

39 Atque sicut in matrimonio contingit dupliciter uterque error, priori modo, circa substantiam personae, ut quando creditur esse unam, cum sit alia. Posteriori modo, quando est tantum circa qualitates non spectantes ad substantiam ipsius actus, nec ad rationem formalem, & essentialem ejus, sed ad extrinseca motiva applicantia voluntatem. Sic in praesenti potest esse error circa substantiam rei iuramento promissae, vel solum circa qualitatem, vel conditionem moventem ad jurandum.

40 Secundo praemittendum est, quo ad praesentem quaestionem nil referre, an iuramentum dolo illud petentis praestetur, an mero jurantis errore, absque aliqua injuria sibi illata. Quia injuria sola non deficiente consensu minime sufficit ad impediendum iuramenti valorem: ut constat ex dictis de iuramento metu extorto. Quare tota haec difficultas est solum pertinet ad discernendum, quando censetur talis error, ut consensum jurantis in rem juratam avertat, ac proinde defectu hujus consensus reddatur iuramentum nullum. At in auferendo, vel non auferendo consensum, aequalia sunt dolo, & errore: differunt autem quo ad solum injuriam in solo dolo clausam: (ut diximus *num. 38.*) quae non confert ad tollendum iuramenti valorem. Atque ita docet *Suarez. tom. 2. de relig. tract. de iuramento lib. 2. c. 11. num. 1.*

41 His ergo praemisissis, communis Auctorum distinctio in hac quaestione est, ut si dolo aut error, sit antecedens, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens; (hac enim esse synonyma diximus *num. 38.*) iuramentum illo praescriptum sit prorsus irritum, nullaque relaxatione indigeat: secus autem si dolo, aut errore, sit concomitans, seu non dans causam contractui, seu re ipsa contingens. Quia in priori casu deficit consensus (ut *num. 38.* diximus.) Atque constat ex *l. 1. ff. de dolo*, & ex *l. regia. 57. titul. 5. part. 5.* An in posteriori non deficit consensus. Atque ita docet *Alicius. Cum contingat. num. 3. & 23. de iurejurand. & de pactis. Sicut de iuramento 3. part. qu. 101. dum ultimo, D. Anson. 2. part. titul. 10. c. 6. c. 5. Angelus verbo iuramentum 5. num.*

*trigesimo secundo. Sybe. verbo iuramentum 4. qu. 8. & verbo iuramentum 5. qu. 12. Navarr. summa, cap. 12. num. 13. Covar. lib. 1. variarum cap. 4. num. 6. in fine, & de pactis 3. part. 6. num. 2. in fine, Seraphinus de privilegiis iuramenti, privilegio 83. n. 63. Padilla l. 2. num. 4. C. de rescind. vendit. Molina citatus Deo, & Alejandro, lib. 2. de primogeniis, l. 3. num. 25. Gutierrez de iuramento 1. parte, cap. 37. num. duodecimo, Emmanuel S2 in summa, verbo iuram. numero nono, Azor. tom. 1. institutio- num moralium, libro 11. c. 7. g. 3. Et notat Alicius eo c. cum contingat, numero 13. & 14. quamvis, ut contractus sit nullus iplo iure ex dolo dante illi causam, an solum annullandus, attendatur an contractus sit bonae fidei, an stricti iuris: at id non attendi ad nullitatem iuramenti ex eo dolo procedentis.*

42 Prima tamen conclusio sit. Quando error, vel dolo antecedens, seu dans causam contractui, seu ex proposito contingens, est circa substantiam rei iuramento promissae, nil prorsus valet iuramentum, nec relaxatione indiget. Et in hoc casu est certissima prior pars distinctionis communis adductae *num. praecedenti.* Et *Suarez. eodem c. 11. num. 5. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 42. dub. 7. num. 33.* Exemplum sit, ut si quis iuret alicui dare rem, quam putat esse vitream, ac postea inveniat esse gemmam. Ratio est aperta, quia hic error tollit consentum, ac proinde reddit irritum matrimonium. Ut latē probavi *libro 7. de matrim. disp. 18. num. 12. errantis enim nullus est consentus, aut voluntas, l. 51 per errorem 15. ff. de iuris, omnium iudi. l. cum testamento 8. & l. non idcirco 9. C. de iuris, & facti ignis.* Est tamen caeterē intelligendum, dum dicunt Doctores hoc iuramentum esse irritum, ut intelligatur respectu rei, circa quam versatur error, si enim res, quam iurans existimabat, sit dividua ab ea, in qua erravit, obligabit iuramentum ad rem existimatam, nisi aliunde constet intentionem iurantis limitatam esse ad illam rem numero. Quia quo ad illam rem existimatam adfuit verus consentus.

43 Secunda conclusio. Idem prorsus dicendum est, etsi huiusmodi error seu dolo circa substantiam rei juratae, sit non dans causam promissioni, seu sit concomitans, seu incidens in contractum, seu sola re ipsa contingens. Quod constat ex his, quae dixi *lib. 7. de matrim. disp. 18. num. 6.* ubi cum aliquibus contra alios probavi huiusmodi errore irritari matrimonium. Quia ad valorem iuramenti, & matrimonii, sunt necessaria consensus, & voluntas positiva. At error concomitans, consensus, & voluntas positiva. At error concomitans, ac efficit esse non voluntarium, & tollit adualem consentum in rem illam promissam, circa quam erratur. Ut probavi *numero 38.* Atque ultra Doctores, quos *ea disp. 18. num. 6.* adduxi id docentes in matrimonio, tradit loquens etiam de iuramento *Suarez. eod. cap. 11. numero 7.*

44 Imo nec valet huiusmodi iuramentum, quamvis iurans tempore illius iuramenti hunc actum eliceret, *iuramentum esse firmum esse aliam rem a promissa:* sed oportet ad iuramentum valorem, adde tunc temporis intentio iurandi, etiam si diversa sit ab ea, quam iurans existimat. Sicut ad valorem matrimonii cum errore concomitante personae, ut probavi *ea disp. 18. num. 6.* cum aliis Doctores, non sufficit tempore matrimonii hunc actum elicere, *auterem, si nollem hanc esse Mariam, quam puo esse Joannam:* sed oportet adde consensus de praesenti, ut *re duo, etiam si Joannam.* Quia ad matrimonium, & iuramentum, exigitur consensus de praesenti, qualis minime clauditur in eo consensus conditionali, hoc facerem, si firmum. Atque ita in propriis iuramenti terminis docet *Suarez. eo c. 11. num. 8.*

45 Atque nil refert, si hic error, seu dolo, esset invincibilis, & prudens, siue casualissimus, & fatuus; uterque enim circa substantiam rei contingens irritat iuramentum. Quia auferit directum consentum, directamque voluntatem, & solum censetur indirecta voluntas, quando error est fatuus, & culpabilis. Ad indirecta voluntas, seu interpretativa. Quam ad votum non sufficit, explicabilibus *lib. sequenti cap. 1.* Et ideo matrimonium ex facto, & casualissimo persona errore procedens esse irritum, probavi *eodem disp. putatione 18. num. 7.*

46 Denique quando error est circa alias qualitates rei promissae, nil est in praesenti dicendum, quia de ignorantia, & errore circa similes vires qualitates est late dicendum *l. seq. cap. 1. & 2.* Atque eadem ratio est de iuramento.

47 Quando autem dolo talis est, ut non auferat consentum, an accedens iuramentum illo extortum contractibus iure invalidis, & ratione solius iuramenti obligaturis, valeat, an prorsus sit irritum. Eadem est quaestio, quando iuramentum est metu extortum, & eadem sunt opinioniones, quas *num. 19. & 20.* retulimus. Quia textus pro priori sententia *ibi adducti loquuntur* aequē de iuramento pro metu, & dolo extorto.

## CAPUT XII.

Qualiter ultra implendi obligationem, iuramentum vim habeat confirmandi contractus, quamvis iure invalidus, & contra prius iuramentum intos? Et quando eam vim habeat? Et quos peculiari effectus hęc confirmatio producat ultra obligationem iuramenti?

## SUMMARIUM.

*Quos quaestiones disputanda sint? num. 1.*

*Quid sit contractus confirmari iuramento? num. 1.*

*Quo iure id confirmat iuramento? num. 3.*

*An iuramentum eam vim aliquid iure habeat? Referatur quaedam sententia, num. 4.*

*Explicatur sententia Auctoris, num. 5.*

*Quales debent esse iuramentum, ut hanc vim habeat? Remissive, num. 6.*

*Solvuntur contraria, num. 7.*

*Post nam, 7. invenies alia summaria.*

**D**isputatio haec gravissima est, atque in ea quotuplex quaestio disputanda involvitur. Prima est. An iuramentum ultra vim obligandi ad rem juratam exequendam, habeat quoque vim confirmandi contractus, qui adicitur? Secunda est. An eam vim habeat etiam respectu contractus, qui iure iplo irriti? Tertia est. An etiam respectu contractuum, qui contra prius iuramentum inenuntentur? Quarta est. Quibus regulis dignoscatur, quando iuramentum eam vim habeat? Ultima est. Quos effectus peculiari producat haec confirmatio contractus, qui non inveniuntur in iuramento solum obligandi virtutem habente?

**Q**uestio prima. An iuramentum ultra vim obligandi ad rem juratam exequendam, habeat quoque vim confirmandi contractus, cui adicitur? Ad quas intelligentiam duo praemittere oportet. Prius est. Dupliciter potest intelligi contractus scluso iuramento erat in se validus, at infirmus, eo quod poterat revocari, seu fas erat contra ipsam reclamare: at virtute iuramenti efficitur irrevocabilis, & ea reclamandi facultas denegatur. Posteriori modo; quando contractus erat in se iure iplo invalidus, at virtute iuramenti adiecti ita firmatur, ut fiat validus, aut saltem effectus omnes producat, quos haberet, si validus esset. Prioris generis contractus sunt, quos minor cum sui curatoris auctoritate iniit, absque iuramento, & cum decreto etiam iudicis, quando sunt circa res immobiles: qui quidem validi sunt, at minor ex eis laesus potest reclamare implorato beneficii restitutionis. Et similiter sunt eisdem generis contractus, quos minor curatore carens iniit. Posterioris generis sunt contractus, quos minor curatorem habens contrahit, absque eius auctoritate. Ut haec constat ex *l. si curatorem. 3. C. de in integrum rest. & l. regia 25. tit. 4. p. 2. & l. 5. tit. 11. p. 5.* Et multialii contractus sunt huiusmodi. Praesens ergo difficultas non versatur circa modum, quo iuramentum confirmat contractum, utro horum modorum id efficit: id enim spectat ad secundam quaestionem disputandam a numero octavo, sed tantum generaliter petit, ad hęc confirmandi contractus vis inest iuramento, siue priori, siue posteriori, siue utroque modo: an potius solum vim obligandi habeat, relicto contractu in sua pristina natura, quam absque iuramento habeat.

Posterior est. Iuramentum nequaquam habere potest hanc confirmandi contractus vim ex sua natura, nec ex iure aliquo naturali. Quare si illam habere debet, id utique debet esse ex adminiculo iuris positivi, siue canonici, siue civilis, eam vim iuramento tribuentis. Constat, quia iuramentum suapte natura, & ex sua institutione eamdem vim semper habet, at constat quandoque non confirmare contractus, ut quando fit per injuriam, aut metum extorti. Ergo ad jus aliquod positivum est confugiendum, quod eam vim in quibusdam casibus iuramento tribuat, & in aliis denegat. Secundo, quia iuramentum est suapte natura institutum ad confirmandam veritatem: atque adeo ex sua natura tantum petit inducere obligationem ad faciendam veram rem juratam: ad quod non est necessarium, ut habeat vim confirmandi contractus, sed satis est inducere praedictam obligationem. Ut constat in iuramento adjecto contractibus per injuriam, aut metum extortis, in quibus iuramentum gaudet sua plena confirmandae veritatis virtute, & ad illam plenē obligat, cum tamen nequaquam illos confirmet. Atque ideo hanc partem expressē docent multi, qui dicunt iure antiquiori caruisse iuramentum hanc vim confirmandi contractus, ac solum iure noviori illa gaudere. Hi sunt *Baldus auct. Sacramenta puberum, num. 4. C. si adversus venditionem, & ibi Paulus in repetitione nu. 17. & in lictura num. 7. Buttrigarius paulo post principium, Corneus in re-*

*petitione num. 32. Gutierrez. ibi num. 14. Idem Paulus l. si quis pro eo, in principio num. 4. ff. de fideiussor. Et in propriis terminis tradit Suarez. tom. 2. de religiosis tractatus de iuramento lib. 2. c. 28. num. 3.*

His praemisissis difficultas hujus quaestiones est, an detur jus aliquod canonicum, vel civile tribuens hanc confirmandi contractus vim iuramento, & proinde illam habeat? Quidam tenent nullo iure hanc vim inesse iuramento, sed obligare tantum ad contractum servandum, relicto illo in sua pristina natura, & ideo in secluso iuramento erat invalidus, manere illum invalidum; & si erat validus, at beneficii restitutionis implorato rescindendus, posse adhuc rescindi. Ducuntur, quia textus, quibus contractus innotuitur, minime hanc vim probant, sed tantum obligationem iuramenti ad rem juratam exequendam. Nam *auct. Sacramenta puberum. C. si adversus venditionem*, quae agit de contractibus minorum, tantum decedit iuramenta illis adjecta esse inviolabiliter servanda: quod satis verificatur servando obligationem inducam ex iuramento, faciēdo verum, quod iuratur. Atque similiter iuramentum metu, & injuria extortum, est inviolabiliter ante legitimam relaxationem observandum, cum tamen contractus non confirmet. Nec hanc confirmationem etiam probat textus in *c. cum contingat de iurejur. ubi de alienatione fundi dotalis iurata est sermo, tantum enim ibi sic dicitur: Ne tamen tali praestata viam contingat perjuris aperiri, mulieres ipsa servare debere huiusmodi iuramenta.* Nec repetitio ubi denegata hanc confirmationem probat. Quia ea non est denegata ratione confirmationis contractus, sed quia erat contraria iuramento non contravenienti illi pacto, quod ibi factum est. Et ideo non fas est repetere iurata juratas, quando iuramentum non fuit solum illas solvendi, sed non contravenienti solutioni: cum tamen is contractus non firmetur iuramento. Nectextus *c. 2. de iurejur. in 6.* ubi de eadem alienatione dicit sermo, id probat: tantum enim ibi dicitur, *Servare huiusmodi iuramentum tenentur.* Nec *c. Quamvis pactum, de pactis in 6.* id probat, ubi sermo est de renuntiatione haereditatis iurata. Quippe ibi tantum sic dicitur, *Omnino servari debetis, cum non vergeat in aeterna solutio dispensationem.* Quae verba non ad pactum, sed ad iuramentum videntur referri: tum quia vox *iuramentum*, proximē praecesserat, tum etiam quia ratio assignata illi congruit. Et cetero referuntur ad pactum, tantum probant id ratione iuramenti esse omnino servandum. Quod etiam de iurata usurarium solutione est verum. Et constat, quia ratio tradita *de c. Quamvis pactum, & 20 c. Cum contingat.* cur iuramentum illud sit servandum, est in alio dotali dispensationem, nec in alterius detrimentum. Quae ratio solum iuramenti observantiam probat: atque ob eandem rationem est observandum iuramentum solvendi iuratas: cum tamen non confirmet contractum. Et amplius confirmatur; quia nec hanc confirmatio deducitur ex exceptione in illis textibus adducta, nempe, *si iuramentum, ut aut dolo extortum sit.* Quia est tunc etiam obiectum iuramentum: iuxta dicta *cap. praecedenti*, ac proinde videtur exceptio fallā, si de sola iuramenti obligatione ibi ageretur: at in hoc versatur differentia, quod iuramenta spontanea non habent in se includam causam illa relaxandi; quare si aliunde causa non accedat, sunt omnino, & inviolabiliter observanda. At metu, aut dolo extorta habent in se eam causam includam, & ideo facta iurans potest relaxationem obtinere, & eorum obligatione liberari. Secundo principaliter probatur haec sententia. Quia data hac confirmatione per iuramentum, nequaquam esset consultum imbecilli minorum iudicio in rebus suis alienandis, & fragilitati mulierum in alienando fundo dotali: nam quae facilitate ducuntur ad alienandum, eadem etiam jurantur: & sic frustrabitur juris civilis finis interdictus eas alienationes absque certis solemnitatibus, ut praedictis consulerent. Tandem id probatur ex vulgari axiomate, quod habet jurandum intelligi, & regulari iuxta naturam actus, si per quo interpretatur, omneque qualitates, & conditiones illius recipere. Idque probatur ex *l. finali. C. de non numerata pecunia*. Atque ita multi Doctores asserunt iuramenti non augere obligationem, sed adha intra suos limites mandati addere vinculum religionis, quos *c. 17. referemus agentes de hoc axiomate.* Ergo iuramentum minime confirmat contractum, sed illum in pristina sua natura relinquit. Et ideo hanc sententiam tenent *Jafon d. auct. Sacramenta puberum, n. 5. & n. 36. in fine, & 37. Ignens in repetitione eisdem auct. nu. 5. & nu. 32. Fortius §. Extraneus, nu. 11. in fine, de huiusmodi qualitate, & differentia.*

Ceterum communissima, ac verissima sententia, & ubique recepta habet, iuramentum ultra vim obligandi ad servandam veritatem rei juratae, inesse quandoque vim confirmandi contractus, cui adicitur. Quod apertē probatur ex diversissimo loquendi modo textuum, quando agunt de iuramento non confirmante contractum, & de confirmante. Nam in priori casu dicunt iuramento semel impleto, compellendum esse creditorem reddere juranti usuras virtute iuramenti solutas. Ut constat ex *c. Debitores, de iurejurand.* Aut dicunt iuramentum non esse servandum. Ut constat a contrario sensu ex *c. Quamvis pactum, de pactis, in 6. & c. 2. de iurejurand. eodem lib. & c. Cum contingat de iurejurand.* In quibus textibus est sermo de iuramento per vim, aut







ad ut ostendat hos Doctores sentire contractus, ex quibus nulla obligatio naturalis oritur, posse iuramento firmari. Atque in propriis terminis tradunt contractus ita iuramento confirmari, et ex eis nulla obligatio naturalis confurgat iuramento confirmari. Alciatus c. cum contingat, num. 340. de iurisdiction. Covarr. de pactis 2, §. 4. nu. 7. vers. Septimus. Antonius Gomez lib. 59. Tauri, num. 4. vers. Sed his non obstantibus. Seraphinus de privilegiis iuramenti, privileg. 61. num. 5. Molina tomo 2. de iust. disp. 256. columna 2. vers. Dubius.

13 Nec placet distinctio, quam tradit Azor. relata num. 29. quod nulla ratione, nec Auctore cum probet. Item quia donatio inter coniuges est etiam iure canonico irrita, et finalis, de donat. inter virum, & uxor. Et tamen confirmatur iuramento. Ut cum frequentissima sententia diximus libro 6. de matrimon. disp. 11. numero 2. atque fatetur idem Azor. libro illo 11. cap. 7. qu. 1. Item iure canonico non valet pena apposta in sponsalibus, cap. Gemma de sponsal. & tamen valde huiusmodi est, an is contractus iuramento firmetur. Sicut vidimus libro 11. de matrimon. disp. at. 32. numero 20.

14 Quod si queratur, an iuramentum infidelium habeat vim confirmandi contractus alias invalidos ab ipsis iniros. (Non dissipat, quando jurant per falsos deos, quia non est vere iuramentum: & de hoc egimus supra: sed questio est, quando legitime jurant.) Quidam dicunt eos non obligari iuramento. Hos refert Seraphinus, de privilegiis iuram. privileg. 123. num. 1. Atque numer. 6. refert aliam distinctionem Azor. num. 2. qui sic distinguit, si Iudeus contrahat cum alio infideli, non ligatur iuramento; si secus si cum alio Christiano. Sed huiusmodi iuramentum, refert multos dicentes infideles ligari quoque iuramento: & numer. 6. dicit hoc esse verissimum. Et privileg. 61. in fine refert Baldum, & Cornuam, dicentes iuramento infidelium non firmari contractus irritos: & ait sibi non placere. Sed dicendum est cum aliis, quos refert, & sequitur Vincentius Mancianus tractatu de iuramento p. 4. effect. 1. 9. 7. num. 5. infideles obligari utique iuramento; et eorum contractus iure suo irritos non confirmari ills. Prior pars constat, quia obligatio iuramenti est ex iure naturali, cui infideles subduntur. Posterior autem, quia id privilegium confirmandi contractus est ex iure canonico, & nostro civili. Ut diximus num. 3. at neutri subduntur illi. Quare iuramentum illorum non gaudebit illo privilegio, nisi id legibus eorum iuramento concessum sit, vel si habitent in locis fidelium, ubi consequenter subdantur legibus civilibus id privilegium concedentibus iuramento.

15 Sed dubium est, an hi contractus iure civili ita confirmantur iuramento, ut fiant validi. Molina tomo 1. de iust. disp. 250. in initio, alerit Covarr. de pactis 2. §. 1. numer. 7. & alios quos ibi refert, sentire eos contractus effeci medio iuramento validos: aliosque, quos ibi refert, sentire non effeci validos. At nec Covarr. nec alii tractant de hoc, sed tantum, an contractus hi firmantur iuramento. At Molina in cap. 159. colum. penult. vers. Iis ius fundamentis, & Suarez tomo 2. de religio. tractatu de iuram. lib. 2. cap. 29. nu. 9. dicit hos contractus non effeci validos formaliter, & directe, sed manere invalidos, confirmari autem iuramento dicuntur, quo ad effectus, quos, nimirum, medio iuramento comparant omnes effectus, quos il contractus haberent si re vera effeci validi. Sed parum refert, si re vera dicamur, si re vera dicamus effeci in se validos, ita disponeat iure canonico, & civili. Quia in utroque casu idem prorsus effectus confurgunt.

16 Rursum dubitatur quale debeat esse iuramentum, ut hoc contractus confirmet. In primis ad hanc confirmationem non sufficit iuramentum assertorium de presenti. Ut si contrahens iuret se promittere, vendere, donare, &c. Quia textus omnes hanc confirmationem inducentes petunt iuramentum de futuro. Ut constat ex dicendis numero sequenti. Item quia iuramentum huiusmodi non afficit ipsos contractus, nec in illos cadit, sed tantum testatur veritatem de presenti, nempe, eum contractum celebrari. Sicut docet Antonius Gomez in suis communibus opin. lib. 2. tit. de minoribus conclusionibus 5. num. 4. Riminaltus alios refertens, instituta Quibus alienari licet §. 2. num. 28. Gutierrez authentica Sacramenta puberum num. 173. C. si adversus vendit. Seraphinus de privilegiis iuramenti, privileg. 87. num. 5. Leonard. lib. 2. de iustitia c. 17. dubio 7. num. 56. Et quamvis aliqui quos refertur Seraph. ibi num. 4. & Riminaltus ibi, dicant, si sit iuramentum de presenti, quod minor jurat se majorem esse, non posse nullatenus contractus confirmari, sed in poenam doli. Et melius Riminaltus ibi cum aliis, quos refert, ait posse adhuc nullitatem opponi, & in eo solo puniri illum ratione doli, ne possit beneficio restitutionis gaudere, si valuit contractus.

17 Sed adhuc superest dubium, an satis sit quodcumque iuramentum de futuro, ut simplex solvendi rei promissio: an potius necessarium sit iuramentum non revocandi contractus, aut non veniendi contra illum, si ve non repetendium rei promissio. Quidam dicunt necessarium esse iuramentum hoc posteriori modo emisum. Hoc videtur supponere Bartolus et alii. Sacramenta puberum numero 24. & ibi Jafson num. 28. Agues in repetitione eiusdem authentice nu. 20.

dum dicunt non opus esse, ut iuramentum sit formaliter de non revocando contractu, sed satis esse iurare se predicta in contractu servaturum, vel contra predicta non venturum. Et videtur sentire Leonardus citatus nu. 174. ait enim non satis esse iuramentum de presenti, sed debere esse iuramentum habendi rati contractus, nec unquam revocandi. Atque expressit, & late id tuetur Suarez tomo 2. de religio. tractatu de iuram. lib. 2. c. 29. num. 3. & 4. Probat, quia textus hanc confirmationem inducentes loquuntur expresse de hoc iuramento, ut constat ex d. authent. Sacramenta puberum, ibi: Super contractibus non revocandis, & ex c. cum contingat, de iuramento, ibi: Ne alterius contraveniant, & quamvis in c. Quamvis pactum, de pactis, in 6. non explicetur hac forma iuramenti, dum dicitur ibi renuntiationem legitimitas firmari iuramento; at necessario debet esse hac forma: quia cum illa renuntiatione sit de presenti, nisi superest renuntiatio faciendum, nisi iurare se non contraveniendum renuntiationi facta. Quod expresse probatur ex c. Ad aures, de his que ad i. iuncta Glossa verb. Nisi forte, textus ait renuntiationem Ecclesie metu factam non esse validam, nisi forte iuramento firmata sit: & explicat ea Glossa huius verbis. Ergo si iuramentum intervenisset quod alterius non repetere, non potest repetere. Secundo probatur. Quia simplex iuramentum solvendi, vel faciendi, adjectum contractibus, non excludit privilegium legis concedentis repetitionem in illis: sunt enim diversa solvere, & non repetere. Ut constat ex c. Debitores, de iuramento, ubi iuramentum solvendi usus decidit impleri solvendo, nec denegari repetitionem ipsarum, ubi semel soluta sunt, ex quod id iuramentum non obligat ad non repetendum. Et melius ex c. Ad evidentiam, de his que ad i. ubi iuravit se religioaturum beneficium, & resignavit, potest illud repetere. Et redditur ratio in textu, huius verbis. Non obstantibus predicto iuramento, qui non ad non repetendum, sed ad resignationem, solummodo tenebatur. Atque ita concludit idem Suarez num. 24. non posse esse iuramentum confirmatorium ubi non adest permissio aliqua non retractandi, sed iuramentum immediate cadit super aliquam promissionem de futuro, que iure irrita facta est. Et proinde dicit num. 21. pacto nu. 23. iuramento non revocandi testamenti, aut instituti alicujus heredis, non confirmari id pactum. Quia in eis nequit distingui duplex promissio, altera faciendi, & altera non retractandi. Et citat per se Leonard. lib. 2. de iust. c. 17. dub. 7. nu. 56. in fine, ubi tantum dicit esse probabile posse peti relaxationem huius duplis iuramenti. Quia (inquit) est probabile ex hac promissione, scilicet iuramento, non priori obligationem naturalem, Atque ita consequenter censet esse probabile id pactum non firmari iuramento, si enim firmaretur, non posset peti relaxationem iuris acquirenti terto. Pro eadem sententia est Rebellus de iust. p. 2. lib. 1. g. 9. nu. 2. in fine, ubi ait promissionem non revocandi testamenti, minime confirmari iuramento. Pro eadem sententia sunt alii Doctores dicentes posse peti ab Episcopo relaxationem iuramenti solvendi amissa ludo pecunia credita. Quia promissio illa secluso iuramento nullam vim obligandi jure habet. Hi sunt Navarr. summ. disp. c. 28. addit. ad num. 15. c. 19. & summ. Lat. in antiqua edit. c. 19. num. 17. ad 5. in nova c. 20. nu. 17. ad 5. Gutierrez de iur. 1. p. cap. 33. num. 8. Corduba in summ. g. 94. Enriquez lib. 7. de indulgentiis c. 53. num. 6. Azavedo lib. 8. resp. regia tit. 7. l. 8. num. 7. Piliarte, de officio sacerdotis, tomo 2. p. 2. lib. 5. c. 2. num. 13. Grassi in suis decis. p. 1. l. 2. c. 122. numero 12. Suppo in clavi regis, lib. 11. c. 13. num. 20. Leonard. lib. 2. de iust. c. 26. dub. 4. num. 27. Manual 1. tomo summo, in 2. edit. c. 139. num. 9. Ludovic. Lopez 1. p. instructorii consilio, c. 164. conclus. 4. & lib. 2. de contractibus c. 22. conclus. 1. vers. Secunda pars conclusio. Carbon. de restit. g. 22. concl. 2. Atque quidam ex his dicunt iuramentum satisfaccere momentanea solutione, & statim posse repetere. Sic Navarr. Corduba, Gutier. num. 7. Azavedo num. 6. Enriquez proximè citati, & Ludovic. Lopez utroque loco citato, Salas, 2. 2. q. 62. ante articulum primum, tract. de dominio, q. 5. art. 6. dub. Speciali de ludo pecunia credita, fol. 560. Aragon. 2. 2. q. 22. art. 7. conclus. 3. fol. 779. Quæ sunt propria iuramenti non confirmanti contractum. Ut dicemus a num. 58. Cum tamen multo illorum teneantur in accipiente nullam esse turpitudinem, nec teneri restituere si soluta, nec peccare accipiendo solutionem. Ut ex ipsis retuli, & approbavi libro primo de matrimonio, disp. 31. numero secundo & clare tenet Suar. eodem libro secundo c. vigesimo sexto numero decimo, ubi ait leges regias irritantes huiusmodi permissionem non interdicere solutionem, sed aufere obligationem solvendi, & concedere repetitionem.

18 Alii autem censent satis esse iuramentum quodcumque de futuro. Huius sententia est apertè Molina tomo secundo de iust. disputat. 514. colum. 4. vers. Utrum autem, qui ita iuravit, ubi defendit iuramentum solvendi amissa ludo pecunia credita esse confirmatorium eius contractus, ac proinde non esse locum relaxationi, sed acquiritur verum ius ei, qui lucratus est, & ideo iuranti denegari repetitionem, nisi mens iurantis fuerit adstringere se tantum ad non denegandum lucri traditionem eo modo, quem sibi lex concedit. Quia tunc solum acquirit ius alter, ut sibi tradatur lucrum cum beneficio repetendi concessio solvendi per leges. Eiusdem sententia videtur

tur esse ipsemer Molina tomo primo de iustitia, disputat. 151. columna antepenultima vers. Salvo autem meliori iudicio, & Leonardus lib. 2. de iustitia caput. 19. dubio 8. numero penultimo, & ultimo, ubi dicitur iuramentum non revocandi testamenti, aut instituti alicujus heredes esse confirmatorium contractus, & tribuere actionem ei, cui talis promissio facta est, atque ita quamvis revocatio valeat, tranfere obligationem ad heredes, ad solvendum, quantum intererit alterius non revocari id testamentum. In quam etiam partem agens de hoc iuramento non revocandi testamenti inclinat Cornuus repetitione authentice Sacramenta puberum numero 441. Codice si adversus venditionem, licet concludat cogitandum, quia durum ait esse in practica continere. Et eidem sententia favet Covarr. de pactis secunda parte in initio numero tertio vers. Non, ubi ait promissionem, non revocandi testamenti confirmari iuramento in hunc sensum, ut revocans sit perjurus, est revocatio tenet.

19 Ceterum, ut meam explicem sententiam, oportet præmittere duplicem esse promissionem de futuro, cui additur iuramentum. Quaedam est, quæ non includit promissionem non retractandi, sed ab illa separari potest. Ut contingit in promissione solvendi usuras, aut solvendi amissa ludo pecunia credita; his enim promissionibus, quantuncumque iuratis, factis solutione momentanea, nec eo iuramento excluditur beneficium legis concedentis repetitionem rei solute. (Ut probatum est numero 17.) Altera autem est includens promissionem non retractandi, & subinde in ea nequit distingui promissio non retractandi à principali promissione. Quia cum ipsa promissio faciendi aliquid in futurum includat intrinsicè obligationem non veniendi contra illam, non solet addi aliqua alia promissio non retractandi, nec addita censetur distincta à priori. Sicut promissio non veniendi contra votum non est distincta à voto. Huiusmodi est promissio non revocandi testamenti, & instituti alicujus heredem. Ut fatetur ipse Suarez eodem capitulo, 29. numero 21. Quia iuramentum non revocandi testamenti est idem, ac non revocandi contractus, & instituti alicujus heredem nequit sortiri effectum, nisi mortuo testatore, quando iam institutio revocari nequit, ac proinde est idem, ac iuramentum non revocandi.

20 Quando ergo iuramentum accedit promissioni prioris generis, ut in iuramento solvendi amissa ludo pecunia credita contingit, & in similibus, non fat est ad confirmandum contractum, & sic ut relaxari nequeat; non addito alio iuramento non repetendi, aut non retractandi. Et in hoc eventu placet prior sententia relat. numero 17. ob rationes ibi traditas, & Doctores ibi allegatos.

21 Quare non placet, quod ait Gutierrez de iuramento 1. part. cap. 53. numero 9. nempe, iuramentum solvere, quod amissa pecunia credita, est pollice repetere, posse huiusmodi posteriori relaxationem obtinere ab Episcopo, & illa obtenta repetere, atque in hoc iuramento confirmari illum contractum. Sicut contingit in iuramento solvendi, ubi solus. Sed melius dicit Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 26. dubio 4. numero 27. quamvis simplex iuramentum solvendi sic amissa non confirmet, secus de iuramento non repetendi dicendum esse. Quia cum iura veriore sententiam relatum numero 17. nulla sit turpitudine in recipiente, non est cur iuramento hoc non firmetur contractus ille iure civili irritus, nisi quia non excludit beneficium repetitionis, & ita illi factis momentanea solutione. At utrumque excluditur, ubi adest iuramentum non repetendi, quod est idem, ac non retractandi; ergo tunc firmabitur iuramento, nec erit locus relaxationi. Quare est differens ratio de iuramento non repetendi usuras solutas, quia tunc reperitur turpitudine in recipiente, quia tenetur eas restituere. An vero requiratur alia peculiaris causa ad relaxationem iuramenti solvendi amissa ludo pecunia credita, dicemus.

22 Tandem factis est iuramentum prælati in ipso contractu, aut post. Quod docet Glossa in auto. Sacramenta puberum, verbo Super, & ibi Bart. n. 10. Salicet, n. 9. Jafson, n. 26. Cornuus in repetitione eius, nu. 20. igneus in repetitione eius nu. 16. Fulgosit n. 7. Alcius, c. cum contingat, n. 135. de iurur. Monachus c. Quamvis pactum, n. 1. de pactis, in 6. Greg. Lop. l. 6. verb. Juraße, in fine, tit. 19. p. 6. Anton. Com. l. 2. var. c. 14. nu. 18. Villalobus in suis communibus opinionibus, libro 1. verb. Juramentum n. 134. Seraphinus de privilegiis iuramenti, privileg. 61. n. 8. sfortias Ordo de restitutione in integrum 1. p. qu. 2. art. 3. n. 23. in fine. Et quamvis Paulus ca. authent. nu. 28. limite 3. ut habeat locum, quando ante, vel post contractum apponitur iuramentum, quando contractus fuit ipso iure validus, & tunc ait tolli beneficium restitutionis; secus quando fuit invalidus. At in utroque casu confirmari debent docent Cornuus, & Alciatus proximè allegati. Et quamvis alii, quos refert, & sequitur Martene l. 5. recopilat. regia tit. 11. l. 1. gloss. 8. n. 52. petant ad hanc contractus confirmationem, ut minor sit certior factus de beneficio restitutionis sibi competente. At verus est id non requiri. Quod docent, & late probant cum Bartolo, & multis aliis, Antonius Gomez eo c. 14. nu. 18. Gregor. Lopez ea l. 6. verb. Juraße, Padilla l. 2. n. 34. C. de rescind. vendit. Gutierrez, ea authent. Sacramenta puberum à v. 114. usque ad 116.

23 Qualiter autem revocato testamento, aut influito alio herede, iuramentum hoc transeat ad heredem, explicabimus c. seq.

24 Nec est opus, ut iuramentum vim confirmandi contractus habeat, id per propriam personam prælati, sed factis est per procuratorem cum speciali iurandi mandato. Quia textus solum iuramentum postulat, quod aq. p. se per procuratorem cum hoc speciali iurandi mandato constitutum prælati, ac per propriam personam, ostendens c. sequenti. Atque ita docent Osobredus auth. Sacramenta puberum n. 13. C. si adversus venditionem, & ibi Salicetus numero 19. Gregorius Lop. contra alios, quos ibi refert l. 6. verb. Major, tit. 19. p. 6. Albericus ea authent. num. 6. Antonius Gabriel in communibus opinionibus, l. 2. tit. de minoribus, conclus. 5. numero 21. ampliatione 10. Antonius Gomez alios referens tom. 2. variorum c. 14. n. 18.

25 Si tamen minor sit, qui eam iurandi potestatem procuratori constat, oportet, ut in ea commisionem interveniant minoris iuramentum: si enim id non interveniat, & ledatur eo mandato, poterit adversus illud restitui, & consequenter rescindatur contractus. Quia cum nullum sit iuramentum ei mandato adjectum, nihil est huic restitutionis beneficio implorandum oblatum. Sic docent Albericus, & Antonius Gabriel ibidem.

26 Non tamen sufficit ad hanc contractus confirmationem potestas contrahendi concessa procuratori, adiciendo ei mandato iuramentum, nisi detur quoque potestas iurandi, & iuramentum adiacet principali contractui. Quia prius iuramentum non afficit contractum principalem confirmandum, sed solum mandatum procuratori datum: quare solum operabitur, ne procurator ille abique perjurio revocari queat. Et docet Maurinus de restitut. in integrum cap. 261. nu. 4.

27 Sed dubium est, an, ut iuramentum confirmet contractum, desideretur pubertas in minore jurante. Quidam sed probabiliter tradunt, non desiderari pubertatem, sed satis esse, si iurans sit pubertati proximus. Hos & eorum rationes retuli lib. 6. de matr. disp. 38. num. 17. & ultra Doctores ibi relatos tenent Afflis. de off. Neapolitana 322. nu. 3. & ibi Ursinus in addit. num. 1. Peregrin. conf. 77. num. 4. vol. 3. & tenet cum hac limitatione, nisi impubes ex contractu ledatur, Vincent. Mancianus de iuram. 4. p. effect. 1. quæst. 13. numero 20. Dicitur autem proximus pubertati in hac materia puer excedens decimum annum cum dimidio, & sciamina excedens nonum cum dimidio. Ut probavi l. 1. de matr. disp. 51. num. 24.

28 At probabilius est desiderari pubertatem ad hanc confirmationem, licet iuramentum antea præstitum obliget. Quod multis allatis, & respondentis contrariis, probavi lib. 6. de matrim. disp. 38. nu. 16. Et duplici sequenti. Et ultra Doctores ibi allatos tenet Fachinus in suis controversiis, l. 3. f. 10. Nec confirmabitur contractus, si impubes iuret non revocaturum contractum, quem pubes factus inibit cum Titio. Quia iuramentum prælati post pubertatem, petitur auto. Sacramenta puberum, c. si adversus venditionem. Et ita docent citato Guidone Albericus ea authent. n. 8. Gregor. Lopez, l. 6. verb. Major, l. 19. p. 6. Atque idem docet citato Guidone Albericus ead. n. 8. l. 1. contractus incurrat ab impubere, & pubes factus iuret. Quia in ea authent. petitur, & contractum iniuri, & iuramentum prælati postpubertatem. Sed jure optimo Gregorius Lopez ibidem magis inclinat in eam partem, ut confirmetur. Quia quando pubes factus iurat le non contracturum contractum illi, censetur illum approbare, & quasi de novo contrahere.

29 Tandem factis est iuramentum prælati in ipso contratto, aut post. Quod docet Glossa in auto. Sacramenta puberum, verbo Super, & ibi Bart. n. 10. Salicet, n. 9. Jafson, n. 26. Cornuus in repetitione eius, nu. 20. igneus in repetitione eius nu. 16. Fulgosit n. 7. Alcius, c. cum contingat, n. 135. de iurur. Monachus c. Quamvis pactum, n. 1. de pactis, in 6. Greg. Lop. l. 6. verb. Juraße, in fine, tit. 19. p. 6. Anton. Com. l. 2. var. c. 14. nu. 18. Villalobus in suis communibus opinionibus, libro 1. verb. Juramentum n. 134. Seraphinus de privilegiis iuramenti, privileg. 61. n. 8. sfortias Ordo de restitutione in integrum 1. p. qu. 2. art. 3. n. 23. in fine. Et quamvis Paulus ca. authent. nu. 28. limite 3. ut habeat locum, quando ante, vel post contractum apponitur iuramentum, quando contractus fuit ipso iure validus, & tunc ait tolli beneficium restitutionis; secus quando fuit invalidus. At in utroque casu confirmari debent docent Cornuus, & Alciatus proximè allegati. Et quamvis alii, quos refert, & sequitur Martene l. 5. recopilat. regia tit. 11. l. 1. gloss. 8. n. 52. petant ad hanc contractus confirmationem, ut minor sit certior factus de beneficio restitutionis sibi competente. At verus est id non requiri. Quod docent, & late probant cum Bartolo, & multis aliis, Antonius Gomez eo c. 14. nu. 18. Gregor. Lopez ea l. 6. verb. Juraße, Padilla l. 2. n. 34. C. de rescind. vendit. Gutierrez, ea authent. Sacramenta puberum à v. 114. usque ad 116.